

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

In autumno huius anni praefectus *Waidhofensis Cristoph. Murhamer* per *Styrensem* urbem in Bavariam Frisingam profectus est idque vel sanitatis consequendae gratia vel quaedam apud sororem dominam cancellariam viduam disponendi. Praefectus hic magnae authoritatis et consilii fuit, D. *Seemann*, cuius sororem pro coniuge habuit, proximus affinis nec non D. *Gregori*, vice-dominii *Linenensis*. In absentia sua procuratorem D. *Christophorum Seizum*, civem catholicum, olim suum aulicum scriptorem, urbis et arcis constituit. Serio tamen ante abitum suum senatus iniunxit, quatenus sedulo rei publicae prospiciant et attendant. Pro valedictione ante vel in ipso discessu ad *Montem Solis* pietatis et devotionis ergo se contulit, hinc recta in Bavariam perrexit. Idem D. praefectus cum Rmo. abate *Garstensi* D. *Martino* ratione attingentiae parochiae *Neystiffensis*, *Gafensis* et *Weyrensis* optimam et intimam habuit correspondiam. Nunquam tamen oblatu opportunitas fuit, qua simul convenerint et erga se mutuo hanc suam benevolentiam explicarint.

Waidhofen.

(*Türkenkrieg.* — *Vermählung des Fürsten von Siebenbürgen.*
— *Tod des Grafen Mansfeld.* — *Gesandtschaft von Moskau*
in Prag.)

1596.

(*Krieg in Ungarn.*)

Hic annus a principio Januarii satis clemens et temperatus fuit, atque adeo per totum fere Januarium tempus quasi vernale fuit. Per mensem vero Februarium rursus magnum et insolitum frigus insecum est.

Witterung.

A principio anni modius annonae 1 fl. veniit, mensura vini 6 kr.

(*Türkenkrieg.*)

R. D. *Christophorus Klein*, vicarius *Waidhofensis* parochiae, vir apprime doctus et concionator non vulgaris, insuper pius et discretus, cum illi a Frisingensi spirituali regimine parochia eiusdem urbis ultiro offerretur; hic vero pristinæ sanitati aegre restitutum iri animadvertens 16. Februarii *Frisingam* satis incommodo hiemis tempore per equum cum unico famulo pedestri profectus est. Re igitur illie pro voto peracta, pro parocho ad futurum festum D. Ioh. Bapt. susceptus, 3. Martii *Waidhofium* rediit. Cooperator vero eius, R. D. *Severinus Hedereus Westphalus*, in Italiam in Quadragesima circa festum D. *Gregorii* pro gradu doctoratus consequendo abiit, per provinciam Styriam et Carinthiam prius *Venetias* pervenit; inde se *Paduam* contulit, ubi hunc titulum in ipsa sancta vel maiori septimana summa cum laude consecutus est. Hinc *Romam* urbem videnti et loca sancta, limina Apostolorum visitandi gratia profectus est. Deinde hinc discedens *Lauritanam* sacram aedem visitavit aliosque urbes Italiae perlustravit. Tandem per *Tridentum Oenipontum* concessit atque inde rursus in Germaniam rediit et 25. Maii laetus *Waidhofium* reversus est.

Waidhofen.

(*Türkenkrieg.*)

Mense Aprili idque circa diem 26. noctu pluribus in locis per Austriam prodigia in aere vel caelo visa sunt.

Himmels-
erscheinun-
gen.